



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Series Episcoporum Archiepiscoporum Et Electorum
Moguntinorum, Trevirensium Et Coloniensium**

Kolb, Gregor

Rottwilae, 1725

VD18 12054054

XLIII. D. Modestvs. XVII. arch.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64326](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64326)

nimirum præmunita recentiori sigillo dignitas cum interitu urbis sensim obsolesceret. Laudatus ob hoc ab Hilario Pontifice, laudari meretur etiam hodie. Mortuum extulerunt post Sedis annum 4. Christi 469.

XLII. D. MILETVS. XVI. ARCH.

D Miletus multorum Episcoporum more nomine duntaxat & sanctitatis titulo notatus, vidit Trevirenses in jura Francorum, exclusis penitus Romanis Præsidibus, concedere. Haudquaquam inde diminuta potestas Pontificis, quin firmiores radices accepit, Francis Politicam Romanorum potestatem pede conculcantibus, potestatem verò Ecclesiasticam toto vertice venerantibus. Annis 7. Treviros gubernavit an. 476. mort.

XLIII. D. MODESTVS. XVII. ARCH.

D Modestus an. 3. sedit Trevirensium Archiepiscopus, cuius vitæ compendium vel uno *sanctitatis* nomine posteritati est commendatum.

XLIV. MAXIMIANVS. XVIII. ARCH.

M Aximianus tametsi annis 20. Trevirensium conservârit Ecclesiam, non nisi paucissimas de eodem tamen dedere nobis lineas seduli in Archiepiscoporum facta inquisitores: unde Brovverus hanc expressit synopsis: *Porro hinc Ecclesiæ Treviricæ Præfectus Antistes Maximianus, qui annum circiter quadringentesimum octogesimum attingit. neque interim ullis ad memoriam claris actionibus hi omnes Episcopi, quos diximus innotuere: ut fatiget animum successiones has necesse tam crebras, & rerum etiam, quod caput est, inanes &c.*